

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja krakowska, wariant wawelski

Rękopis Biblioteki Kórnickiej, sygn. 800 (Kodeks Działyńskich IV), s. 136–137

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 98 [Gn. 101]

[98] *Advocatus si iniuste iudicaverit. CI*

[/] Nunc de advocato attendatur, si non iuste iudicaverit, cum sibi querulatur propter amorem aut dona, aut ob aliquam causam dimiserit, vel si solus fecerit noxam iniustam, quod de iure facere non debuit, postquam iudicio sit electus ius confortare et iniurias debilitare. Si querela in iudicio super ipsum fuerit facta, tunc scultetus iudex esse debet super advocatum et per hoc cogitur cum sentenciis, quod ante ipsum oportet respondere, ut imposter[u]s patebit. Petat advocatum surgere per sentenciam, quod super ipsum debeat querulare et sentencialiter petat, ut alium ponat iudicem loco suo, hoc ipsum facere oportet. Et tunc locet scultetum, sibi debet iudicare simili modo, ut advocatus super scultetum debuerit. Eodem modo advocatus iudicet scultetum. Idcirco advocatus esse absque sculteto bannitum iudicium facere non potest, quia coram eo ad ius se debat [s] exhibere, si super ipsum aliquis querulatur. Si hoc contra iusticiam anno et die recusaverit, extunc domino terre iudicium vacat, quod ab eo habuit, [s. 137] et regi bannum, si cum sentenciis veris prosequatur.

[hasła: wójt, skarga, wyrok niesprawiedliwy, sołtys, sędzia, odpowiedzialność, sąd wyłożony, rok i dzień, termin, sąd królewski]